taurum montem cederet. L. cornelius scipio qui cum antiocho debella
uerat. cognomine fratri exequatus asiaticus appellatus. Colonia de
ducta est bononia. eumenis quo iuuante antiochus uictus erat reg
num ampliatum. rhodiis quoque qui & ipsi iuuerant quaedam ciuita
tes concessae. aemilius regillus qui praefectos antiochi nauali proe
lio deuicerat naualem triumphum deduxit. M. acilius glabrio de an
tiocho quem graecia expulerat & de aetolis triumphauit. EX LIB
XXXVIII. M. fuluius cos. in epiro ambracienses obsessos in deditio
nem accepit. cefallaniam subegit. aetolis perdomitis pacem dedit.
CN. manlius cos. collega eius gallograecos tolos. bogios. & toctos. agios
& trocmos. qui brenno duce in asiam transierant. cum soli citra tau
rum montem non parerent uicit. eorum origo & quomodo ea lo
ca quae tenent occupauerint refertur. exemplum quoque uirtutis & pu
Not. dicitiae in femina traditur. quae cum regis gallograecorum uxor fuisset
capta centurionem qui ei uim intulerat occidit. Lustrum a censoribus con
ditum est. censa sunt ciuium capita CCLVIII CCCX. cum ariarathe cappado
ciae rege amicitia iuncta est. CN. manlius contradicentibus X legatis
ex quorum consilio foedus cum antiocho conscripserat. de gallograecis
acta pro se in senatu causa triumphauit. scipio africanus die ei dicta
ut quidam tradunt a Q. petilio tr. pl. ut quidam a naeuio. quod prae
da ex antiocho capta aerarium fraudasset. postquam is dies uenit euo
Not. catus in rostra. hac die inquit quirites carthaginem uici & prose
finis Scip. quente populo capitolium escendit. inde ne amplius tribuniciis iniuriis
uexaretur. in uoluntarium exilium concessit. incertum ibi an romae
defunctus sit. nam monumentum eius utrubique fuit. L. scipio asiaticus frat.

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/cpl894/0166